



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

xvj. De Coadiutore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

contra sui Præfulis ordinare de-
cretum audere debent.

Obtinentes aliquam præposituram debent
etiam habere eius præposituræ ordinem,
h. d.

a clem. 2. de æ-
tat. & qua-
li.

Admonendi sunt autem ij,
qui præposituræ alicuius admi-
nistrationem canonicè volunt
obtinere, vt non solum nome-
verum etiam ordinem habere
studeant. Vnde b nisi qui Archi-
diaconatum tenent, Diaconi:
aut, qui Archipresbyterorum,
presbyteri infra annum fiant,
amittent honorem, etiamsi ius-
ta causa prohibente presbyte-
ri, aut Diaconi esse non potue-
rint.

b can. 1. disti.
60.

DE OFFICIO

vicarij,

TITVLVS XV.

Vicarius Episcopi non potest inquirere, pu-
nire, priuare beneficijs, uel eadem conferre, nisi
hæc specialiter sibi committantur. h. d.

Per Vicarium quoq; cum E-
piscopus per se ipsum defer-
uire, & residere rationabili
causa prohibetur: aut præsens,
omnibus commodè par esse nõ
potest, Episcopalis representa-
tur auctoritas. In quo tamen
illud aduertendum est, quòd, li-
cet per generalem officij com-
missionem Vicario facta, cau-
sarum cognitio transferatur: po-
testas tamen inquirendi, corri-
gendi, aut puniendi aliquorum
excessus, seu aliquos à suis be-
nificijs, vel administrationib.

c ca. 2. et ca.
seq. cod. tit.
in 6.

amouendi, vel beneficia confe-
rendi (nisi specialiter concessa
sint) non transferruntur.

Habens curam animarum in diuersis Ecce-
lesijs, uel laicus, non potest constitui vicarius.

Debet autem Episcopus cir-
cumspectus esse, ne laicum Vica-
rium sibi constituat. Inde-
corum est enim, laicum homi-
nem viros Ecclesiasticos iudica-
re: nec in vno eodemq; officio
debet dispar esse pfectio. Quod
etiam lege diuina prohibetur:
dicente Moyses, Non arabis in boue et
asino. Inde & Honoriana consti-
tutione cauetur, Vt Episcopus
eum, qui perpetuam Vicariam
obtinet, per subtractionem pro-
uentuum vel ipsius Vicariæ ab-
lationem cõpellat, vt se in pres-
byterum promoueri faciat.

d can. in nona
actione. 16.
q. 7.

e ca. fin. extr.
cod. tit.

A Vicario, appellatur ad Archiepiscopum:
ab Archidiacono, ad Episcopum. h. d.

Inter Vicarium autem, & Ar-
chidiaconum illud interest, qd à
Vicario, nõ ad Episcopum, sed ad
Archiepiscopum: ab Archidiacono
verò, nisi aliud Ecclesiarum
inducat consuetudo, ad ipsum,
cui immediatè subiacet, Epi-
scopum erit appellandum.

f cap. Roma-
na. de ap-
pel. in 6.

DE COADIUTORE,

TITVLVS XVI.

Ex causa datur Episcopo coadiutor, cuius
datio ad sedem Apostolicam spectat h. d.

Accidit & etiam interdum,
vt Pastor senio aut corpo-
ris valetudine impeditus,
aut sanæ mentis consilio desti-

g cap. 1. de
cleri. agro-
uel debili-
in 6.

eutus, super suū gregem excubias ducere non possit: ea propter vir prouidus & honestus, illi in Coadiutorem adiungendus est: per quem tam Episcopo, quàm populo vtiliter consulatur. Cuius datio, cū de causis maioribus esse constet, ad sedem Apostolicam, nulla obstante consuetudine, referenda est. Quod tamen sic intelligi oportet, si non in remotis partibus explicanda sit: cæterum, si procul ab Apostolica sede Episcopus impeditus deget, tunc secundum Bonifacianę constitutionis tenorem prouidendum erit.

Etiam inferioribus ab Episcopis dandus est Coadiutor, & utrisque de facultatibus Ecclesię erit subueniendum. h. d.

a per totū tit. extr. de cler. & grot.

Nec^a solū Episcopis dandus erit Coadiutor, sed etiam si res exigat, inferioribus: vnde, si vel Ecclesię Rectorem, vel Archidiaconū ita morbo aliquo cōtigerit impediri, vt Ecclesiasticis ministerijs, vel nullo pacto, vel non nisi cum scandalo interesse possint, eis quoq; Coadiutor adhibendus erit: & iras temperanda^b, vt vtrique iuxta facultates Ecclesię vitę necessaria ministrantur.

b cap. 1. §. presentis quoque. de cler. & grot. in 6.

DE COREPISCOPORUM VŒU SUBLATO,

TITVLVS XVII.

Corepiscoporum usus sublatus est. h. d.

Rant olim & Corepiscopi, quibus circa plurimā cum Episcopis ministeriorum communis erat dispensatio: quorum tamē institutio tam in Romana sede, quàm in alijs totius orbis Ecclesijs, tāquam improba & superuacanea, est penitus interdicta^c.

Matrimonium spirituale dissoluitur translatione, renunciatione, & depositione. h. d.

c can. Corepiscopi. et seq. distict. 68.

Vidimus hucusque de spiritualis fœdere coniugij, quod inter Episcopum & Ecclesiam cōtrahitur, quod electione vel postulatione initiari, confirmatione ratificari, consecratione intelligitur consumari. Item de moribus, & Vicarijs, & adiutoribus Episcoporum: tractemus nunc, quibus modis Episcopus ab Ecclesiā remouetur: & sic, quo modo tale cōiugium præter mortē dissoluitur. Contingit autem id tribus modis: Translatione, Renunciatione, & Depositione, seu degradatione: de quibus singulis videamus, ac primū de Translatione.

DE TRANSLATIONE,

TITVLVS XVIII.

Translatio inducitur ex utilitate, & ex necessitate: & necessitate cessante, translatio irritatur. h. d.

Translationes, quæ & mutationes^d nūcupari possunt, institutę sunt utilitatis, & ne-

d can. mutationes. 7. q. 1.